



Hodie Christus natus est : hodie
 Saluator apparuit : hodie in terra
 canunt Angeli, laetantur Archangeli

In Natiuitate Domini.

Ad primam Missam in Nocte.

STATIO AD S. MARIAM MAIOREM AD PRÆSEPE.

Introitus.

Ps. 2.
Ominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Ps. ibid. Quare fremuerunt gentes : et populi meditati sunt inania ?
 V. Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere : da quaesumus ; ut cujus lucis mysteria in terra cognouimus, ejus quoque gaudiis in caelo perfruamur : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus : per omnia saecula saeculorum.

Lect. Epistolae B. Pauli Apostoli ad Titum. 2.

Carissime : Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et secularia desideria :

sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi : qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Haec loquere, et exhortare, in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale. Ps. 109. Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum : ex utero ante luciferum genui te. V. Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis : donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia. V. *Ps. 2.* Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 2.

In illo tempore : Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur univèrsus orbis. Hæc descriptio prima, facta est a præside Syriae Cyrino : et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatē. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatē David, quæ vocatur Bethlehém : eo quod esset de domo, et familia David, ut profiteretur cum Maria deponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit Filium suum primogénitum, et pannis eum involvit, et reclinauit eum in præsepio : quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodiētes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus : Nolite timere : ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christi-

stus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum : Inveniētis infantem pannis involvitum, et positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudinē militiæ cælestis laudantium Deum, et dicentium : Glória in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Credo.

Offertorium. Ps. 95. Lætentur cæli, et exsultet terra ante faciē Dñi : quoniam venit.

Secreta. Accēpta tibi sit Dōmine quæsumus hodiernæ festivitatis oblatio : ut tua grātia largiēte ; per hæc sacrosancta commērcia, in illius inveniāmur forma, in quo tecum est nostra substantia : Qui tecum.

Præfatio Quia per incarnatū. p. 246.

Et dicitur quotidie usque ad Epiph., præterquam in die Octava S. Joannis.

Infra actionem, Communiantes et noctem sacratissimam celebrantes. Et dicitur quotidie usque ad Oct. Nativ. inclusive : sed in hac Missa tantum dicitur *noctem*, deinceps vero *diem*.

Communio. Ps. 109. In splendoribus Sanctōrum, ex itinere ante luciferum genui te.

Postcommunio. Da nobis quæsumus Dōmine Deus noster : ut qui Na-

tivitatem Dōmini nostri Jesu Christi mysteriis nos frequentare gaudemus ; dignis conversationibus ad ejus mercedum pervenire consōrtium : Qui tecum vivit.

† Debet Sacerdos etiam ante sequentes Missas Con-

fessionem dicere et in fine cuiuslibet populo benedicere, et Evāng. S. Joannis *In principio erat Verbum* legere, ut infra.

Post iij. vero Missam, loco prædicti Evangelii dicitur *Evāngelium Cane natus esset Jesus*, quod habetur in die Epiphaniae.

Ad secundam Missam in Aurora.

STATIO AD S. ANASTASIAM.

Introitus.



Isaia 9.

Ux fulgēbit hodie super nos : quia natus est nobis Dōminus : et vocabitur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, Pater futuri seculi : cujus regni non erit finis. *Ps. 92.* Dōminus regnāvit, decorem indūtus est : indūtus est Dñus fortitudinem, et præcinxit se. *V. Glória Patri.*

Oratio. Da nobis quæsumus omnipotens Deus : ut qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur ; hoc in nostro resplēdeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem Dñum.

Pro Commemoratione S. Anastasie.

Oratio. Da quæsumus omnipotens Deus : ut qui beatæ Anastasie Mārtiris tuæ solēmnia cōlimus, ejus apud te patrocinia sentiāmus. Per Dōminum nostrum.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Titum. 3.

Carissime : Appāruit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei : non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus sancti, quomodo effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum : ut justificati grātia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ : in Christo Jesu Dōmino nostro.

Graduale. Ps. 117. Benedicimus qui venit in nōmine Dñi : Deus Dñus, et illuxit nobis. *V. A Dño factum est istud : et est mirabile in oculis nostris. Allel., allel. V. Ps. 92.* Dōminus regnāvit, decorem induit : induit Dñus fortitudinem, et præcinxit se virtute. Allelūia.

22 In Nativitate Domini. Ad ii. Missam.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 2.

In illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem: Transivimus usque Bethleem, et videmus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et invenenerunt Mariam, et Joseph, et infantem positum in praesepe. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: et de his, quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes, et laudantes Deum, in omnibus quae audierant et viderant, sicut dictum est ad illos.

Credo.

Offertorium. Ps. 92. Deus firmavit orbem terrae, qui non commovebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, a saeculo tu es.

Secreta. Munera nostra quaesumus Domine natiuitatis hodiernae mysteriis apta proveniunt, et pacem nobis semper infundant: ut sicut homo genitus idem refulsit et

Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat quod divinum est. Per eundem Dominum nostrum.

Pro S. Anastasia.

Secreta. Accipe quaesumus Domine munera dignanter oblata: et beatae Anastasiae Martyris tuae suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxilium providere concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Prefatio et Communicantes, ut supra in j. Missa.

Communio. Zachar. 9. Exsulta filia Sion, lauda filia Jerusalem: ecce Rex tuus venit sanctus, et Salvator mundi.

Postcommunio. Hujus nos Domine sacramenti semper novitas natalis instaret: cujus natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eundem Dominum.

Pro S. Anastasia.

Postcommunio. Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: ejus quaesumus semper interventione nos resolve, cuius solennia celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Ad tertiam Missam in Die Natiuitatis Domini.

STATIO AD S. MARIAM MAJOREM.

Introitus. Isaiae 9.



Ver natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus, magni consilii Angelus. Ps. 97. Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit. V. Gloria Patri.

Oratio. Concede quaesumus omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eundem Dominum nostrum.

Lect. Epistolae B. Pauli Apostoli ad Hebraeos. 1.

Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula: qui cum sit splendor gloriae, et figurae substantiae ejus, portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra-

illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adoret eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in saeculum saeculi: virga aequitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis praeparatam. Et: Tu in principio Domine terram fundasti: et operam manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum veterascent: et velut amictum mutabis eos, et velut mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Graduale. Ps. 97. Videntur omnes fines terrae salutari Dei nostri: jubilate Dec omnis terra. V. Notum fecit Dominus quantum differentius pra-

conspéctum géntium revelávit iustitiam suam. Allelúia, allel. *V.* Dies sanctificátus illúxit nobis : venite gentes, et adoráté Dóminum : quia hódie descendit lux magna super terram. Allelúia.

Initium sancti Evangelii secundum Joánnem. 7.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lómine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lómine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem ceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri,

his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Hic genuflectitur.)* Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis : et vidimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátie et veritátis.

Credo.

Offertorium. *Ps. 88.* Tui sunt cæli, et tua est terra, orbem terrarum, et plenitudinem ejus tu fundásti : iustitia et iudicium præparatio sedis tue.

Secreta. Obláta Dñe múnera, nova Unigéniti tui nativitate sanctifica : nosque a peccatorum nostrórum máculis emúnda. Per eúdem Dóminum nostrum.

Præfatio et *Communicantes*, ut supra in prima Missa. **Communio.** *Ps. 97.* Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

Postcommunio. Præsta quesumus omnipotens Deus : ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divinæ nobis generatiónis est auctor : ita et immortalitátis sit ipse largitor. Qui tecum.

S. Stephani Protomartyris.

STATIO AD S. STEPHANUM IN CELIO MONTE.

Introitus.



Ps. 118. Edérunt principes, et advérsum me loquebántur : et iniqui persecúti sunt me : adjuva me Dómine Deus meus, quia servus tuus exercebátur in tuis justificatióibus. *Ps. ibid.* Beáti immaculáti in via : qui ambulánt in lege Dómini. *V.* Glória Patri.

Oratio. Da nobis quesumus Dómine imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebrámus, qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Comm. de Nativ. Oratio *Concede*, p. 23.

Lectio *Actuum Apostolorum. 6 et 7.*

IN diebus illis : Stéphanus plenus grátia et fortitúdine, faciébat prodigia, et signa magna in pópulo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum qui erant a Cilicia, et Asia, disputátes cum Stéphanó : et non pò-

terant resistere sapiéntiæ, et spiritui, qui loquebátur. Audiéntes autem hæc dissecabántur córdibus suis, et stridébant dentibus in eum. Cum autem esset Stéphanus plenus Spiritu sancto, inténdens in cælum, vidit glóriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei. Et ait : Ecce video cælos apértos, et Filium hóminis stantem a dextris Dei. Exclamátes autem voce magna continúerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et ejiéntes eum extra civitátem, lapidábant : et testes deposuerunt vestiménta sua secus pedes adolescentis, qui vocabátur Saulus, qui vocabátur Stéphanus invocántem, et dicéntem : Dómine Jesu, suscipe spiritum meum. Póstitis autem génius, clamávit voce magna, dicens : Dómine, ne státus illis hoc peccáto. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Dño.

Grabuata. *Ps. 118.* Sedérunt principes, et advérsus me loquebántur : et iniqui persecúti sunt me. *V.* Adjuva me Dómine Deus meus : saluum me fac propter misericór-

diam tuam. — Allelúia, allelúia. *V. Act. 7.* Video caelos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 23.

In illo tempore: Dicebat Jesus Scribis et Phariseis: Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occidétis, et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris, et persequémini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariae, filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altáre. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. Jerusalem, Jerusalem, quae occidit prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me

vidébitis amodo, donec dicátis: Benedictus, qui venit in nómine Domini. Credo.

Offertorium. Act. 6 et 7. Elegérunt Apóstoli Stéphanum Levitam, plenum fide et Spiritu sancto: quem lapidavérunt Judaei orántem, et dicéntem: Domine Jesu accípe spiritum meum, allelúia.

Secreta. Súscipe Domine múnera, pro tuórum commemoratióne Sanctórum: ut sicut illos passio glóriosos effecit, ita nos devotio reddat innocuos. Per Dñum.

De Nativitate. Secreta. *Oblata, p. 24.*

Communio. Act. 7. Video caelos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei: Dñe Jesu, accípe spiritum meum, et ne státus illis hoc peccátum.

Postcommunio. Auxiliéntur nobis Domine sumpta mystéria: et intercedente beato Stéphano Mártire tuo, sempitérna protectióne confirment. Per Dóminum nostrum.

De Nativ. Postc. *Præsta, p. 24.*



Introitus. Eccli. 15.



In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implevit eum Dóminus spiritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum. *Ps. 91.* Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. *V. Glória Patri.*

Oratio. Ecclésiám tuam Domine benignus illustra: ut beati Joánnis Apóstoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempitérna. Per Dñum.

De Nativ. Oratio. *Concede, p. 23.*

De S. Stephano. Oratio. *Da nobis, p. 25.*

Lectio libri Sapientiae. Eccli. 15.

Qui timet Deum, faciet bona: et qui contémens est justitiæ, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificata. Cibábit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potábit illum: et firmábitur in illo, et non flectétur: et contineábit illum, et non confundétur: et exaltábit illum apud próximos suos, et in médio Ecclésiæ apériet os ejus, et adimplebit illum spiritu

sapiéntiæ et intelléctus, et stola glóriæ vestiet illum, jucunditáte et exultationem thesaurizábit super illum, et nómine ætérno hereditábit illum, Dñus Deus noster. **Graduale. Joann. 21.** Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non móritur. Et non dixit Jesus: Non móritur. *V. Sed:* Sic eum volo manére donec véniam, tu me séquere. Allelúia, allelúia. *V. Ibid.* Hic est discipulus ille, qui testimoniúm perhibet de his: et scimus quia verum est testimoniúm ejus, Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus Petro: Séquere me. Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, qui et recubuit in cena super pectus ejus, et dixit: Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manére donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non móritur.

Et non dixit ei Jesus : Non moritur; sed : Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc : et scimus, quia verum est testimonium ejus.

Crede.

Offertorium. *Ps. 91.* Justus ut palma florébit : sicut cedrus, quæ in Libano est multiplicábitur.

Secreta. *Súscipe* Dómine múnera, quæ in ejus tibi solemnitate deférimus, cujus nos confidimus patrocinio liberári. Per Dóminum.

De Nativ. *Secreta. Oblata,* p. 24.

De S. Stephano. *Secreta.*

Súscipe, p. 26.

Prælatio et Communicantes de Nativitate.

Communio. *Joann. 21.* Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Jesus : Non moritur; sed : Sic eum volo manere donec veniam.

Postcommunio. Refécti cibo potúque cælesti Deus noster, te supplices deprecámur : ut in cujus hæc commemoratione percépimus, ejus muniamur et precibus. Per Dóminum.

De Nativ. *Postc. Præsta,* p. 24.

De S. Stephano. *Postc. Auxiliéntur,* p. 26.

SS. Innocentium.

STATIO AD S. PAULUM.

Introitus.

Ps. 8.

X ore infántium Deus et lacténtium perfectisti laudem propter inimicos tuos. *Ps.* Dómine Dóminus noster : quam admirábile est nomen tuum in universa terra. *V. Glória.*

Non dicitur *Glória in excelsis*, nec *Allelúia*, nec *Ite Missa est*, nisi hoc Festum venerit in Dominica : sed in Octava semper dicuntur.

Oratio. Deus, cujus hodierna die præcónium Innocéntes Mártires

non loquendo, sed moriéndo conféssi sunt : omnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam moribus vestra fateatur. Per Dóminum nostrum.

De Nativ. *Oratio. Concede,* p. 23.

De S. Stephano. *Oratio. Da nobis,* p. 25.

De S. Joanne. *Oratio. Ecdésiam,* p. 27.

Léctio libri *Apocalypsis* beati Joannis Apóstoli.

In diébus illis : Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum

eo centum quadraginta quatuor millia habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audivi vocem de cælo, tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam vocem tonitruum magni : et vocem, quam audivi, sicut citharædórum citharizántium in citharis suis. Et cantábant quasi cánticum novum ante se dem, et ante quatuor animália, et senióres : et nemo póterat dicere cánticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum quocúmque ferit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno, et in ore eórum non est inventum mendácium : sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

Graduale. *Ps. 123.* Anima nostra sicut passer erepta est de láqueo venántium. *V.* Láqueus contritus est, et nos liberáti sumus : adjutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram.—*Allelúia, allel. V. Ps. 112.* Laudáte pñeri Dóminum : laudáte nomen Dómini. *Allelúia.*

Tractus subscripti semper dicitur, prætermisso *Allelúia* et *V.* sequente, nisi hoc Festum venerit in Dominica. In Octava vero nunquam dicitur.

Tractus. *Ps. 78.* Effuderunt sánguinem Sanctórum velut aquam in circúitu Jerúsalé. *V.* Et non erat qui sepeliret. *Vindica* Dñe sánguinem Sanctórum tuórum, qui effusus est super terram.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 2.

In illo tempore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe pñerem, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim ut Heródes quærat pñerem ad perdéndum eum. Qui consurgens accepit pñerem, et matrem ejus nocte, et secéssit in Ægyptum : et erat ibi usque ad óbitum Heródis : ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem : Ex Ægypto vocávi Filium meum. Tunc Heródes videns quóniam illudus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occidit omnes pñeros, qui erant in Bétlhem, et in ómnibus finibus ejus a bimá-

30 In Festo S. Thomae Episc. et Mart.

tu et infra, secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Tunc adimplétum est quod dictum est per Jeremiam Prophétam dicentem: Vox in Rama audita est ploratus, et ululatus: Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt.

Credo.

Offertorium. *Ps. 123.* Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium: láqueus contritus est, et nos liberáti sumus.

Secreta. Sanctórum tuórum Dñe nobis pia non desit oratio: quæ et múnera nostra conciliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtineat. Per Dóminum.

De Nativ. Secr. *Obláta*, p. 24.

S. Thomae Episcopi et Martyris.

Introitus. ◊◊◊◊◊

 Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beáti Thomæ Mártiris: de cuius passióne gaudent Angeli, et colláudant Filium Dei. *Ps. 32.* Exsultáte justi in Dómino: rectos decet collaudáti. *V.* Glória Patri et Filio.

De S. Stephano. *Secreta. Suscipe*, p. 26.

De S. Joanne. Secr. *Suscipe*, p. 28.

Communio. *Math. 2.* Vox in Rama audita est ploratus, et ululatus: Rachel plorans filios suos, et noluit consolári, quia non sunt.

Postcommunio. *Votiva* Dómine dona percépi-mus: quæ Sanctórum nobis précibus, et præ-séntis quæsumus vitæ, páriter et æternæ tribue conférre subsidium. Per Dóminum.

De Nativitate. *Postc. Præsta*, p. 24.

De S. Stephano. *Postc. Auxiliéntur*, p. 26.

De S. Joanne. *Postc.* p. 28.

¶ Si Festum S. Thomæ im-pediatur a Dóminica, celebratur Feria ii. sequenti tamquam in sede propria.

Oratio. Deus, pro cuius Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas glá-diis impiórum occúbuit: præsta quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxilium, petitiónis suæ salutárem consequantur effectum. Per Dóminum nostrum.

De Nativit. *Oratio. Concede*, p. 23.

De S. Stephano. *Oratio. Da nobis*, p. 25.

In Festo S. Thomae Episc. et Mart. 31

De S. Joanne. *Oratio. Ecdésiam*, p. 27.

De SS. Inno. *Oratio. Deus*, p. 27.

Léct. *Epistolæ* B. Pauli Apóstoli ad Hebræos, 5.

Patres: Omnis pón-tifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccátis: qui condolere possit iis, qui ignoránt, et erránt: quóniam et ipse circumdatus est infirmitáte: et propterea debet, quemádmódum pro pópulo, ita étiam et pro semetipso offerre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátura Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificávit ut póntifex fieret: sed qui locútus est ad eum: Filius meus es tu, ego hódie génuí te. Quemádmódum et in állo loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum órđinem Melchisedech.

Graduale. *Eccl. 44.* Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis plácut Deo. *V.* Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi. *Allel. allel. V. Joán. 10.* Ego sum pastor bonus: et cognóscó oves meas,

et cognóscunt me meæ. *Alleluia.*

Evangel. Ego sum Pastor bonus, ut Domin. II. post Pascha.

Dicitur *Credo*.

Offert. Posuisti, p. 18]. *Secreta. Múnera*, p. [5].

De Nativ. *Secreta. Obláta*, p. 24.

De S. Stephano. *Secreta. Suscipe*, p. 26.

De S. Joanne. *Secreta. Suscipe*, p. 28.

De SS. Innocéntibus. *Secreta. Sanctórum*, p. 30.

Communio. *Joán. 10.* Ego sum pastor bonus: et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ.

Postc. Hæc nos, p. [5].

De Nativitate. *Postcomm. Præsta*, p. 30.

De S. Stephano. *Postc. Auxiliéntur*, p. 26.

De S. Joanne. *Postc.* p. 28.

De SS. Inno. *Postc.* p. 30.

¶ Si Festum Nativ. Dómini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, et SS. Innocéntium venerit in Dóminica, ipsa die nihil fit de Dóminica: sed die proximo post Festum S. Thomæ Mártiris dicitur Missa de Dóminica. Si autem Festum S. Thomæ impediatur a Dóminica, dicitur Missa de ea, cum Commem. Octavarum, et Festum S. Thomæ eo anno celebratur Feria ii. sequenti tamquam in sede propria.

¶ Si vero post Festum S. Thomæ fuerit Sábbatum, ipsa die Sábhati dic. Missa de Oct. Nativ. cum Commem. aliarum Octavar. et in die S. Silvestri fit Officium de eo cum Commem. Dominicæ et Octavarum.

Domin. infra Oct. Natib. Domini.

Introitus. Sap. 18.



Um médium siléntium tenérent omnia, et nox in suo cursu médium iter habéret, omnipotens sermo tuus Dómine de cælis a regalibus sédibus venit. Ps. 92. Dñus regnâvit, decórem indútus est : indútus est Dóminus fortitudínem, et præcinxit se. V. Glória Patri.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo : ut in nómine dilécti Filii tui, mereámur bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit et regnat, Deus.

De Nativit. Oratio. *Concèle*, p. 23.

De S. Stephano. Oratio. *Danobis*, p. 25.

De S. Joanne. Oratio. *Ecclesiastam*, p. 27.

De SS. Innocentibus. Oratio. *Deus, cuius*, p. 28.

Léct. Epístolæ B. Pauli Apóstoli ad Gálatas. 4.

Fratres : Quanto tempore heres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dñus ómnium : sed sub tutóribus, et actóribus est usque ad præfinitum tempus a patre : ita et nos cum essémus párvuli, sub elementis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitúdo temporis, mi-

sit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis filii, misit Deus spiritum Filii sui in corda vestra clamántem : Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed filius : quod si filius : et heres per Deum.

Graduale. Ps. 44. Speciosus forma præ filiis hóminum, diffusa est grátia in lábiis tuis. V. Eructávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea Regi : lingua mea cálamus scribæ, velociter scribéntis. — Allelúia, allelúia. V. Ps. 92. Dñus regnâvit, decórem induit : induit Dóminus fortitudínem, et præcinxit se virtúte. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secúndum Lucam. 2.

In illo tempore : Erat Joseph et Maria mater Jesu, mirántes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus : Ecce pòsitus est hic in ruinam, et in resurrectionem multórum in Israel : et in signum, cui contradicétur : et tuam ipsius animam pertransibit glá-

De Octava Nativitatis Domini. 33

dus ut reveléntur ex multis córdibus cogitationés. Et erat Anna prophetissa, filia Phánuel, de tribu Aser : hæc processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octoginta quátuor : quæ non discedebat de templo, jejúniis, et obsecrationibus sérviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superveniens, confitebátur Dómino : et loquebátur de illo ómnibus, qui expectábant redemptionem Israel. Et ut perfecérunt ómnia secúndum legem Dómini, reversi sunt in Galileam in civitátem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabátur plenus sapiéntia : et grátia Dei erat in illo. Credo.

Offertorium. Psalm. 92. Deus firmávit orbem terræ, qui non commovebitur : paráta sedes tua Deus ex tunc, a sæculo tu es.

Secreta. Concède quæsumus omnipotens Deus : ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis piæ devotiónis obtineat, et effectum beatæ perennitátis acquirat. Per Dóminum nostrum.

De Nativitate. Secreta. *Oblata*, p. 24.

De S. Stephano. Secreta. *Suscipe*, p. 26.

De S. Joanne. Secreta. *Suscipe*, p. 28.

De SS. Innocentibus. Secreta. *Sandorum*, p. 30.

Communio. Matth. 2. Tolle púerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim, qui quærebant ánimam púeri.

Postcommunio. Per hujus Dómine operatióne mysterií, et vitia nostra purgéntur, et iusta desideria compleántur. Per Dóminum.

De Nativitate. Postcomm. *Praesta*, p. 24.

De S. Stephano. Postc. *Auxiliántur*, p. 26.

De S. Joanne. Postcomm. *Rejéti*, p. 28.

De SS. Innocent. Postc. *Votiva*, p. 30.

Missæ de Octava Natib. Domini.

Missæ Puer natus est, ut in die Nativ. ad iij. Missam. p. 23, cum Epist. *Appáruit* et Evang. *Pastores*, ut in ij. Missæ ejusd. diei, p. 21 et 22.

Et fit Commem. de S. Stephano, de S. Joanne et de

SS. Innoc. per Orat. Secr. et Postc. Miss. propr. pp. 25, et sqq., ut supra indicatur. ¶ Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, cum Comm. Dominicæ et Octavarum.

S. Silvestri Papae et Conf.

Introit. *Sacerdotes*, p. [23].
Orationes ex Missa *Statuti*, p. [21]; et fit Commem. quatuor Octavar. per Orat. proprias, ut supra p. 32 et sq. indicatur.

Epist. *Testificor*, p. [26].
Graduale. *Eccli. 44.* Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *V.* Non est inventus similis illi, qui

conservaret legem Excelsi. Allelúia, allelúia. *V. Ps. 88.* Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

Evang. Sicut lumbi, p. [29].
Dicitur *Credo*.

Offertorium. *Inveni David*, p. [28].

Communio. *Beatus servus*, p. [24].

In Circumcisione Domini et Octava Nativitatis.

STATIO AD S. MARIAM TRANS TIBERIM.

Introitus *Puer natus est*, ut in die Nativitatis ad Iij. Missam, p. 23.

Oratio. Deus, qui salutis aeternae, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meritum auctorem vitæ suscipere, Dñum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum.

Epist. *Apparuit gratia*, ut in j. Missa Nativitatis, p. 19.

Graduale. *Ps. 97.* Vidérunt omnes fines terræ salutare Dei nostri : jubilate Deo omnis terra. *V.* Notum fecit Dóminus salutare suum : ante conspéctum géntium revelávit justitiam

suam. Allelúia, allelúia. *V. Hebr. 1.* Multifarie olim Deus loquens patribus in prophétis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio. Allelúia.

Seq. *sancti Evangelii* secundum Lucam. 2.

In illo tempore : Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer : vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in útero conciperetur.

Credo.

Offert. Tui sunt caeli, p. 24.
SÉCRETÁ. Muneribus nostris quæsumus Dómine precibusque susceptis : et cælestibus nos munda mysteriis, et cleménter exáudi. Per Dóminum. Comm. *Vidérunt*, p. 24.

In Vigilia Epiphaniae.

35

Postcommunio. Hæc nos communio Dómine purget a crimine : et intercedente beata Virgine Dei Genitrice Maria, cælestis remédii fáciat esse consórtis. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum.

¶ Si aliqua ex sequent. Octavis in Dominica venit, dicitur Missa de Octava : de Dominica vero nihil fit.

¶ In Octava S. Stephani totum Officium Missæ dicitur sicut in die, præter Orationem, quæ sequitur.

Oratio. Omnipotens sempiternè Deus, qui primitias Máryturum in beati Levitæ Stéphani sanguine dedicásti : tri-

bue quæsumus; ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorávit Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum.

Et fit Comm. de Octava S. Joannis et SS. Innocent. Dicitur *Credo*, et Præfatio de Nativitate.

¶ In Octava S. Joannis Missa *In mérito*, ut in ejus Festo, et fit Commem. de SS. Innocent. tantum. Et dicitur *Credo*, et Præfatio de Apostolis.

¶ In Octava SS. Innocentium Officium Missæ fit sicut in die, excepto quod *Gloria in excelsis, Allelúia, et Ite Missa est* dicuntur et non dicitur *Credo*, nisi venierit in Dominica.

In Vigilia Epiphaniae.

Missa *Dum médium*, ut in Domin. infra Octav. Nativit. p. 32, præter Evangel. quod legitur ut infra.

Et fit Commem. S. Telesphori Papæ et Mart. per Orat. et Secr. Missæ *Sacerdotes Dei*, p. [4] et [5]; Postc. *Refecti*, p. [4].

Tertia Oratio de S. Maria, *Deus qui salutis*, ut supra, in Circumcisione, p. 34.

Seq. *sancti Evangelii* secundum Matthæum. 2.

In illo tempore : De infuncto Heróde, ecce Angelus Dómini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel : defuncti

sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accépit puerum, et matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelæus regnaret in Judæa pro Heróde patre suo, timuit illo ire : et admónitus in somnis, secéssit in partes Galilææ. Et veniens habitávit in civitate, quæ vocatur Nazareth : ut adimpleretur quod dictum est per Prophétas : Quóniam Nazaræus vocabitur.

